

que dar a comer al moço, e fallassen que dize mentira (9). O si non fiziesse escrito de los bienes del huerfano, a que llaman Inventario, segund de suso diximos (10). O si non le amparasse (11) a el, e a sus bienes en juyzio, o fuera de juyzio. O si se escondiesse (12), e non quisiesse parescer, quando supiesse que le auian dado por guardador del huerfano.

LEX I.— Suspectus dicitur de cuius dilapidatione, aut mala morum instructione pupillorum fienda, rationabiliter suspicabitur, et hoc remouetur a tutela, licet idoneè satisfet. Ob paupertatem autem non remouebitur bonus homo morigeratus. Item remouetur qui alterius tutelam malè gessit, vel si est inimicus pupilli, vel consanguineorum ejus, vel in iudicio dixit pro alimentis pupilli non habere, et contrarium reperitur; aut si inventarium non facit, vel pupillum in lite non defendit; aut latitavit, cum se tutorem scivit. Hoc dicit.

(1) *Sospechoso*. Concordat *Instit.* eod. §. fin. et D. eod. l. *suspectum*.

(2) *Fuesse rico*. Concordat *Instit.* eod. §. *suspectum autem est*.

(3) *Dar fador*. Quia satisfatio propositum maleuoluntatis tutoris non mutat, l. *quia satisfatio*, D. eod. et subdit etiam ista lex.

(4) *Maneras*. Adde *Instit.* eod. D. fin. et l. *si creditores*, D. de *privileg. creditor.*

(5) *Procurado mal*. Quia *semel malus*, etc. l. 5. §. *si autem*, D. eod. et ibi Gloss. et intellige, quod semper presumitur quod malè faciat, qui semel malè fecit in re simili, secus si sit dissimilis, secundum Bartol. quem vide in l. 2. in fin. D. de *Senator*. Bald. in cap. 1. column. 2. de *feud. dat. in vic. leg. commis.* et vide quæ notat Bald. in l. *non ignorabit*, C. de *exhibendum*, et de officialis semel remoto propter delictum, vide in l. *si aliquid*, C. de *susceptor. et arch.* lib. 10. et ibi Joan. de Plat. Item et per contrarium pro bono semper presumitur bene, l. *quod si nolit*, §. *qui mancipia*, D. de *adilit. edicto*, Bald. in l. 1. circa fin. C. *locat. cap. mandata, de presumption.*

(6) *Su enemigo*. Adde l. 5. §. *si tutor inimicus*, D. eod.

(7) *Sus parientes*. In dicto §. *si tutor*, dicit, *parentibus ejus*, ex quo verbo Glossa ibi dicit secus esse, si esset inimicus fratris, vel aliorum transversalium; quam tamen glossam reprobant ibi Dinus et Alberic. per textum in l. *humanitatis*, C. de *excusat. tutor*. Bart. tamen ibi dicit, hoc relinquendum arbitrio iudicis: ut vides, ista lex indistinctè loquens, videtur approbare opinionem Dini; non tamen displicet arbitrium iudicis in hac re versari, prout Bartolus dicit.

(8) *Si dixesse*. Idem si sui copiam non faciat, ut alimenta pupillo decernatur, *Instit.* eod. §. *si quis tutor*, et l. 5. §. *tutor qui ad alimentum*, D. eod.

(9) *Mentira*. vide in dict. §. *tutor qui ad alimenta*.

(10) *Diximos*. Suprà tit. 16. l. 15. eod. *Part.*

(11) *Amparasse*. Concordat l. fin. in princ. C. de *administ. tutor.* et an ex hoc solo remouentur sine novo processu, vide Bart. in l. *eum qui res*, C. de *procur.* quod sic, et eundem Bart. in l. *impuberibus*, §. fin. D. de *suspect. tutor.* et tutor qui non vult accusare offensores minoris, remouetur ut suspectus, l. *senatus*, et ibi notat Bald. C. *qui accus. non poss.*

(12) *Se escondiesse*. Concordat cum l. *impuberibus*, §. fin. D. eod. Adde etiam aliam causam in dict. l. 5. §. *Seuerus*, et aliam in §. *is tutor*, ejusd. l.

LEY II.— Quien son aquellos que pueden razonar contra el guardador, para darle por sospechoso, e en que manera lo deuen fazer, e ante quien.

Acusar puede al guardador por sospechoso cada vno del Pueblo (1). E señaladamente (2) es tenuta de lo fazer la madre del huerfano, o su auuela, o su hermana, o su ama que lo crio; o otra persona qualquier, tambien muger como varon, que se mueua a fazerlo por razon de piedad. Pero el moço que fuere menor de catorze años (3), non podría acusar a su guardador por sospechoso; mas si fuesse mayor, poderlo ya fazer con

consejo de sus parientes. E cada vno destes sobredichos puede acusar por sospechoso, tambien al guardador que fuesse dado al que fuesse aun en el vientre (4) de la madre, como al que fuesse ya nacido; quier fuesse (5) establecido por guardador en testamento, o por razon de parentesco, a quien dizen legitimo; o fuesse dado por otorgamiento del Juez del lugar. E la acusacion (6) de los guardadores que se faze por razon de sospecha deue ser fecha delante del Judgador (7) mayor (a) del lugar, do ha el moço sus bienes, estando delante (8) aquel contra quien es dada la acusacion de la sospecha.

(a) Antes de ahora se conocia por caso de corte en las audiencias territoriales de los negocios correspondientes a los huérfanos. Se llamaban *casos de corte* los negocios cuya decision pertenecia a los tribunales de la misma, y despues tambien a las chancillerías y audiencias que representaban al Rey. Era un privilegio establecido en favor de ciertas causas en que se temia que los jueces de primera instancia no administrasen justicia con entera imparcialidad, por hallarse sometidos a la influencia que en los pueblos ejercian los señores; mas habiendo desaparecido este inconveniente por fortuna, se han abolido todos los casos de corte por el art. 36 del Reglamento provisional para la administracion de justicia de 26 de setiembre de 1835, en virtud del cual «los jueces letrados de primera instancia son, cada uno en el partido ó distrito que le esté asignado, los únicos a quienes compete conocer en la instancia sobredicha de todas las causas civiles y criminales que en él ocurran correspondientes a la Real jurisdiccion ordinaria, incluidas las que hasta ahora han sido *casos de corte* y salvo lo dispuesto en el artículo 31»... y lo dispuesto tambien en los artículos 38, 58 y 90 del mismo Reglamento.

LEX II.— Tutoris suspecti accusatio competit cuilibet de populo; sed magis incumbit matri, aviæ, et sorori, vel nutriti pupilli, aut alii cuiuscumque sexus, qui ratione pietatis movetur: impubes tamen ipse non potest accusare, sed factus adultus potest cum consilio consanguineorum, sive tutor sit testamentarius, legitimus, vel dativus: et fiet hæc accusatio coram iudice majoris loci, ubi pupillus habet bona sua: et fiet tutore accusato presente. Hoc dicit.

(1) *Del Pueblo*. Concordat l. 1. §. *consequens*, D. eod. et *Instit.* eod. §. *consequens*, et l. *pietatis*, C. eod.

(2) *Señaladamente*. In dict. l. 1. §. *quinimo* dicitur: *imò et mulieres admittuntur, sed hæc solæ, quæ pietate*, etc.

(3) *Menor de catorze años*. Adde *Instit.* eod. §. *impuberes*, et D. eod. l. *impuberibus*, in princ.

(4) *En el vientre*. Adde l. 5. §. *sed et si quis curam ventris*, D. eod. et vide ibi in §. *non tantum*, de *furiis*, et *prodigis*.

(5) *Quier fuesse*. Omnes equidem tutores possunt fieri suspecti, ut hic, et *Instit.* eod. §. 2. vers. *nunc videamus*, et l. 1. §. *ostendimus*, D. eod.

(6) *La acusacion*. Et adverte, quod in accusatione suspecti tutoris, non est necesse in libello ponere causam, Bart. in l. *hæc enim*, in princ. D. eod. quando dolus non obijcitur. Et an posset fieri accusatio de suspecto per procuratorem? Vide Nicol. de Neapol. in l. *plane*, D. de *excusat. tutor*. ubi refert Rainer. tenuisse quod non; textus tamen videtur velle, quod sic in l. *non solum*, §. fin. D. de *procurator*. secundum litteram accusabitur, et Angel. ibi dicit, quod potest fieri, si civiliter agatur ad removendum eum, non verò si criminaliter agatur: vide ibi per Doctores. Et an possit tutor accusari de suspecto antequam gerat? Vide l. *hæc enim*, §. fin. D. eod. et Bald. in l. 1. §. *solent*, D. de *offic. prefect. urb.*

(7) *Del Judgador*. Adde *Instit.* eod. §. 1. sed an debeat esse hic accusatio coram iudice causarum criminalium, vel possit coram iudicibus civilium causarum agi; Bald. in l. 1. C. *si tutor non gesserit*, refert opiniones contrarias, et dicit, quod de facto vidit istam questionem agitari coram iudice civilium causarum, præsertim cum opponitur culpa, et non dolus, et ego vidi similiter coram Auditoribus

regalis cancellarie litem super hoc; vide Bartol. in l. 1. §. *sciendum*, D. de *suspect. tutor.* et ibi etiam vide per eum, an si agatur criminaliter, debeat in libello exprimi ea, de quibus in l. *libellorum*, D. de *accusat.*, et an ista causa possit delegari, vide per Bartol. in dict. l. 1. §. *damus*, et in l. 1. §. *suspecti*, D. ad *Turpil.* Et adverte, quod si incidenter comperiat iudex tutorem fraudulenter administrasse, tantum debet dare sibi terminum ad suas defensiones, Bartol. in l. *impuberibus*, §. fin. D. de *suspect. tutor.*

(8) *Delante*. Sed an se defendere possit per procuratorem, vide in dict. l. *non solum*, §. fin. D. de *procurat.* et per Bart. in l. *decreto*, D. de *suspect. tutor.*

LEY III.— Como el Judgador de su oficio, puede remouer al guardador de la guarda del huerfano, quando entendiere que es dañoso.

El Judgador de su oficio (1) puede remouer al guardador de la guarda, maguer non le acuse ninguno, si viere, o entendiere, que faze mal la fazienda del huerfano, en qualquiera manera quier que lo vea, o lo entienda. Otrosi dezimos, que luego quel guardador es acusado (2) por sospechoso, e el pleyto de la acusacion es començado por demanda (3) e por respuesta, deue el Juez dar a otro ome bueno en fieltad la guarda del moço, e de sus bienes, fasta quel pleyto sea acabado.

LEX III.— Si expediens est, iudex potest tutorem suspectum nemine accusante remove. Item lite contestata, in tali accusatione ponat iudex alium qui administret usque ad finem litis. Hoc dicit.

(1) *Oficio*. Adde l. 5. §. *prætereà*, D. eod. et an tunc, si remouetur, sit infamis? Glos. ibi voluit, quod non; de quo vide ibi per Bartol. et Alberic. et per Salicet. in l. fin. C. eod. et dicam Deo dante in l. 5. tit. 6. *Part.* 7.

(2) *Es acusado*. Concordat *Instit.* eod. §. *si quis autem*, et l. *eum quem*, C. eod. et l. *quod si forte*, §. 1. et ibi vide Bart. D. de *solution* et in *Prelato* accusato vide textum in cap. *venerabili*, de *officio delegat.* et in cap. *fin. de accusat.* Et quid si tutor, qui accusatur de suspecto, talis est, qui convictus non debet remove, sed alius sibi adijungi? Vide per Bart. in dict. §. 1. et in l. *si tutor*, ubi bonus textus, D. de *suspect. tutor.* ubi etiam vide Bartolum, ubi concluditur, quod tali casu non interdicitur sibi administratio, sed curator adijungatur. Salicetus tamen, et fortè non malè, in dict. l. *eum quem*, vult, quod etiam talis sit interdicta administratio, eo ipso quod postulatur suspectus usque in id tempus, quo sibi curator adijungatur: et tunc poterit cum adjuncto administrare etiam pendente processu; et de facto vidi, pendente accusatione suspecti contra matrem, associari per iudices causæ pendente lite quemdam iudicem in partibus ad administrationem.

(3) *Por demanda*. Approbat dictum Azon. C. de *suspect. tutor.* in summa, ad fin. et sic ante litem contestatam poterit sibi solvi, et tenebitur quod administret, secundum Angel. in dict. l. *quod si forte*, §. *sunt quidam*, qui dicit ita Perusii iudicatum per illud dictum singulare Azonis.

LEY IV.— Que pena merecen los guardadores de los huerfanos, si fallaren que fizieran algun menoscabo en los bienes dellos.

Tollido seyendo el guardador del huerfano de la guarda del huerfano por sospechoso, por algun engaño (1) que le ouiesse fecho en sus bienes, dezimos, que finca enfamado (a) porende por siempre, e deue pechar el daño que fizo al huerfano, segund aluedrio del Judgador. Mas si fuesse remouido de la guarda, non por engaño que ouiesse fecho a sabiendas, mas porque fuesse ome peçoso, o de mal recabdo (2), estonce non seria porende enfamado. Pero deuen dar luego algun ome bueno que guarde al moço, e a sus bienes, en lugar del otro. E sobre todo dezimos, que todas aquellas razones, e

sospechas, que diximos en estas leyes, que han lugar en el guardador del pupilo, esas mismas deuen ser guardadas en el otro guardador, que es dado a los menores de veynte e cinco años, e mayores de catorze, a que dizen Curator (3).

(a) El art. 23 del Código penal de 1848 dice: «La ley no reconoce pena alguna infamante.»

LEX FINALIS.— Revocatus a tutela, ut suspectus propter dolum, est infamis, et tunc tenetur de mala administratione officio iudicis; sed ob culpam vel negligentiam non est infamis, sed dabitur statim alius: et omnia quæ dixi de suspecto tutore, habent etiam locum in curatore. Hoc dicit.

(1) *Por algun engaño*. Concordat *Instit.* eod. §. *suspectus autem*; non sufficit ergo lata culpa, ut sit infamis, secundum Gloss. ibi: et tradit Albericus etiam in l. *hæc enim*, D. eod. et adde l. fin. et ibi Gloss. C. eod.

(2) *Mal recabdo*. Concordat l. 5. §. fin. cum l. sequenti, D. eod. et dict. §. *suspectus autem*, et in dubio dicitur remotus ex causis obijcitis in libello, Glossa in dict. l. fin. C. eod. et in dict. §. *suspectus*, quas vide.

(3) *Curator*. Adde l. 2. et l. *in postulandis*, C. eod. et quia et generaliter de utrisque ll. loquuntur, D. et C. et *Instit.* eod.

TITULO XIX.

COMO DEUEN SER ENTREGADOS LOS MENORES, SI ALGUN DAÑO, O MENOSCABO RECIBIERON EN SUS BIENES POR CULPA DE SI MISMOS, O DE AQUELLOS QUE LOS TUUIERON EN GUARDA.

Menoscabos, e daños reciben muchas vegadas los menores en sus bienes, por mengua de si, porque non han entendimiento cumplido en las cosas, assi como les seria menester; o por culpa, o por engaño de sus guardadores, o de otro. E porende tuuieron por bien los Sabios antiguos que fizieron las leyes, que ellos fuesen entregados de todo su derecho, quando tal daño les acacesse por alguna destas maneras. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de la guarda de los huerfanos, e de sus bienes; queremos aqui dezir, de como deuen ser entregados, quando por mengua de guarda reciben algun menoscabo, o daño en ellos. E diremos desta entrega, a que dizen en latin Restitutio, que cosa es. E a que tiene pro. E quales son aquellos menores, que la pueden demandar. E por que razones. E de que cosas. E ante quien. E quando. E en que manera deue ser fecha.

TITULUS XIX. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

LEY I.— Que cosa es Entrega, e a que tiene pro (a).

Restitutio en latin, tanto quiere dezir en romance, como demanda de entrega que faze el menor al Juez, que le torne algun pleyto, o alguna postura, que ha fecho con otro a daño de si, en el estado primero (1) en que ante estaua; e que reuoque el juyzio que fuesse dado contra el, e torne el pleyto en el estado en que era ante que lo diessen. E tiene pro esta entrega a los menores, ca por ella son guardados de daño, que les podría venir por su liuidad, o por engaño (2) que les ouiesse fecho.

(a) L. 1, tit. 23, P. 3.

LEX I.—Restitutio est in pristinum statum repositio, et per eam minoris à damnis, alterius dolo vel sui facilitate venientibus, liberantur. Hoc dicit.

(1) *Primerò.* Adde 2. quæst. 3. § *abolitio*, in fin. sub. cap. fin. et in cap. *ex litteris, de in integr. restit.* et l. 1. C. *de sentent. poss.* l. 1. tit. 25. 5. *Part.* et ex his colligas formationem libelli in integrum restitutionem, non enim est necesse, quod particulariter exprimat causa læsionis, seu articulus, in quo fuit læsus; sufficit, quod dicat, se minorem, et dolo vel sui facilitate læsum; vide per Bart. in l. *minor autem*, §. 1. D. *de minor.* ubi limitat, nisi petatur restitutio contra sententiam Principis, imò neque esset necesse, quod exprimat qualiter sit læsus, secundum Specul. tit. *de restit. in integr.* §. *qualiter*: ibi tamen refert opinionem Uber. in contrarium, quod videtur tutius. Sed substantaretur libellus, licet hoc non exprimeretur, ut tradit Alex. in l. *nam et postea, §. si minor*, col. 1. D. *de iurejurando*, et in l. fin. C. *de in integr. restit.* et satis confert ista lex Partitarum ad substantationem talis libelli. Tene etiam menti istam legem ut scias qualiter iudex debeat pronuntiare, cum petitur restitutio contra sententiam, non enim iudicat super prima causa, sed solum rescindit sententiam, et reducit rem ad pristinum statum: adde l. 1. et ibi Bart. C. *si advers. libert.* et nota, quod sufficit in integrum restitutionem tacite peti, vide Bald. in l. *ne quicquam*, §. *ubi decretum*, col. 7. D. *de offic. Procons.*

(2) *O por engaño.* Concordat cum l. 1. D. eod. et l. *minoribus*, C. eod.

LEY II.—Quales son aquellos menores que pueden demandar la entrega, e porque razones.

Menor es llamado aquel que non ha aun veynte e cinco años cumplidos, quanto tiempo quier que le mengue (1) ende. E de tal menor como este se entiende, que si daño, o menoscabo recibiere por su liviandad, o por culpa de su guardador (2), o por engaño quel fiziese otro ome, que deve ser entregado de aquella cosa que perdio, o que se le menoscabo, por qualquier destas tres razones (3), prouando el daño, o el menoscabo, e que era menor de veynte e cinco años, quando lo recibio; ca, si esto non fuesse prouado (4), non se desataria lo que fuesse fecho, o puesto con el, o con su guardador.

LEX II.—Petere potest restitutionem in integrum non habens viginti quinque annos completos, si probet damnum sibi datum sui facilitate, vel defensoris culpa, aut alterius dolo, et minorem ætatem. Hoc dicit.

(1) *Mengue.* Adde l. 3. §. *minorem*, D. *de minor.* ubi quod de momento in momentum inspicitur hoc, ubi ad momentum de bisexto die, quod intercalatur.

(2) *De su guardador.* Concordat cum l. *etiam*, et l. fin. C. *si tutor vel curat. interven.* et l. *intra utile*, §. 1. ubi bonus textus, D. *de minor.* et nota, quod etiam inte. ventus iudicis cum tutore, vel curatore, non impedit restitutionem, l. fin. et ibi Paul. de Castr. C. *de fidejussor. minor.* et procedit etiam et si tutor, vel curator sit pater ipsius minoris emancipati, l. *etiam si à patre*, D. *de minor.* Procedit etiam, et si tutori nulla culpa possit adscribi, l. *tutor argentibus*, in princ. D. eod. si tamen qui fecit actum, fuit procurator minoris, non restituitur minor, nisi procuratore non existente solvendo, l. *cum mandato*, D. eod. et ibi Glossa ponit rationem diversitatis. Limita etiam istam legem in casu, l. *properandum*, §. fin. C. *de iudic.* et vide etiam quod habetur in l. *Polla*, C. *de his quibus ut indign.* et ibi Bald. Sed queritur, cum in electione minoris sit agere contra tutorem, vel curatorem ad interesse, vel petere restitutionem contra læsionem, ut in dict. l. *etiam*, et in l. fin. C. *si tutor vel curat.* an si agat contra tutorem, teneatur cedere ei beneficium restitutionis, quod habet contra alium? Et videtur, quod sic, ut in l. *si minoris*, C. *de administr. tutor.* potest enim cedi beneficium restitutionis, ut est ibi textus, et ibi notat Bart. et in l. *quod si minor*, §. fin. D. *de minor.* et adde quod in hoc notat Nicol. de Neapol. in l. 1. in princ. D. *de tutel. et ration. distrah.* quod videtur procedere, quando tu-

tor non esset in dolo, sed in culpa, nam si dolosus, non videtur quod possit petere cessionem, ut in l. *si plures, de administr. tutor.* et ibi Glossa: et notat Glos. in cap. *monemus* 12. quæst. 2. aliàs sic, ut in l. 1. §. *nunc tractemus*, et l. *si alterius*, D. *de tutel. et ration. distrah.* et in dict. l. *si minoris*. Adverte etiam, quod et fiscus gaudet simili beneficio, ut tradit Joan. de Plat. in l. 1. C. *de sentent. contra fiscum*, lib. 10. et in administratore reipublicæ, vide, quod notat idem Joan. de Plat. in l. 2. C. *de administrat. reipub.* lib. 11. Vide etiam, quod in alienatione rei ecclesiasticæ notat Glossa in dict. cap. *monemus*, et vide etiam de Prælato, qui damnificavit ecclesiam, quod sit in electione ecclesiæ agere contra eum, vel ejus hæredes, vel petere restitutionem in integrum contra tertium, vel rem vendicare, per Abb. in cap. 2. *de in integr. restit.* col. penult. et adde l. *cum interdicta*, et ibi Bald. C. *de arbit. tutel.*

(3) *Razones.* Non ergo si usus fuerit jure communi, ut in l. fin. C. eod. et infra eod. l. 6.

(4) *Non fuisse prouado.* Adde l. *verum*, §. *sciendum*, et l. *patri*, D. *de minor.* et l. *nam posteaquam*, §. *si minor*, D. *de iurejurand.* et l. *minoribus*, C. *de in integr. restit.* et l. *si minorem*, et infra eod. l. 6. in fin. et l. 5. tit. 14. 5. *Part.* et tit. 25. l. fin.

LEY III.—Como el menor de veynte e cinco años, o su guardador, puede demandar restitutionem, por daño que rescibiese, conociendo, o negando en juyzio, el, o su abogado, lo que non deuia (a).

Conociendo, o negando (1) en juyzio, el menor, o su guardador, o su abogado, alguna cosa, por que menoscabasse, o perdiessse de su derecho; o dexando de poner defension (2), o otra razon, de que se pudiesse aprouechar; puede demandar al Juez, que torne el pleyto en el estado en que era ante, e que non se le embargue su derecho por ninguna destas razones sobredichas; e el Juez deuelo fazer. E de lo que dize en esta ley, e de las otras cosas de que se pueden aprouechar los menores, fablamos assaz complidamente en la tercera Partida deste nuestro libro, en los titulos de los Demandadores, e de los Demandados, e de los Juezes, en las leyes que fablan en esta razon.

(a) L. 2, tit 25, P. 3; y L. 5 de este título 19.

LEX III.—Restituitur minor adversus confessionem à se, vel à tutore, vel curatore, vel advocato factam, vel ob omissam exceptionem, si est læsus. Hoc dicit.

(1) *O negando.* Adde l. *certum*, §. penult. D. *de confess.* et l. *si ex causa*, §. *nunc videndum*, D. *de minor.* et l. 1. tit. 15. supra, 5. *Part.* et vide omnino ad materiam istam per Bald. in l. univ. col. 45. et 14. et 15. C. *de confess.* ubi vide quomodo probetur læsio in confessione minoris.

(2) *Defension.* Adde l. *minor autem*, et l. *minor 25. annis omissam*, D. *de minor.*

LEY IV.—Como el menor se puede escusar de los yerros que ouiere fecho por razon de la edad.

Si el mayor de catorze años, e menor de veynte e cinco, fuesse acusado que auia fecho adulterio; si conosciere (a) alguna cosa en juyzio, seyendo acusado de tal yerro, empescerle (1) ha lo que conosciere, e recibira porende la pena que manda la ley; e non se puede escusar, por dezir que non es de edad cumplida (2). Mas si fuesse menor de catorze años, non podria ser acusado de tal yerro (3), nin de otro de luxuria, por que non cae aun tal pecado en el. E porende, si el fiziesse conosciencia deste yerro en juyzio, non seria valedera, nin ha por que demandar restitutionem por razon della. Mas de todos los otros yerros, assi como omici-

dio, o furto, o de los otros semejantes, que fiziesse, non se puede escusar por razon que es menor, solo, que sea de edad de diez años e medio arriba (4), quando los faze; porque el moço de tal tiempo, tenemos, que es mal sabido, e que entiende estos males quando los faze. Pero non les pueden dar tan grand pena, como a los mayores (b).

(a) Es decir, si confesare.

(b) El Código penal de 1848, capítulo 2, que trata de las circunstancias que eximen de responsabilidad criminal, contiene la siguiente disposicion: « Art. 8.º Están exentos de responsabilidad criminal 1.º El loco ó demente.... 2.º El menor de nueve años. 3.º El mayor de nueve años y menor de quince, á no ser que haya obrado con discernimiento.—El tribunal hará declaracion expresa sobre este punto, para imponerle pena ó declararlo irresponsable.»

LEX IV.—Impubes, si fuit in iudicio de adulterio confessus, quia tale delictum in impubere non cadit, ejus confessio non valet, licet in aliis delictis non excusetur, si decem annos cum dimidio habeat, licet mitius puniatur. Hoc dicit.

(1) *Empescerle.* Cum enim consistat in facto proprio ipsius adulti, non prohibetur agnoscere bonam fidem, quamquam ipse solus et non alius sciat veritatem, ut hic, et tradit Bald. in l. univ. col. 45. C. *de confess.* et facit ista lex contra dictum Angeli in l. *certum*, §. *in pupillo*, D. *de confess.* quod si adultus minor 25. annis confitetur in iudicio crimen, de quo aliter non constabat, quod debet restitui in integrum adversus talem confessionem, absque alia probatione erroris, quia ex hoc solo apparet eum esse læsum; quod dictum exaltat Alexander in dict. l. *nam posteaquam*, §. *si minor*, D. *de iurejurand.* ubi etiam Jaso. nisi dicas, quod ista lex non excludit ex hoc beneficium restitutionis, sed tantum velit standum esse confessioni, si restituitur contra eam non petatur; quod et suadere videtur ex eo, quod inferius in casu sequenti dicit, ibi: *ni ha por que demandar restitutionem por razon della*: et quod Bart. dicit in l. *auxilium*, in fin. D. *de minor.* notando ex illa lege, quod minor in atrocioribus non restituitur adversus confessionem, procederet dummodo perseveret in confessione, secus si dicat, quod fuit malè confessus, et per errorem, quia tunc procedet dictum Angeli, et aliorum: facit ad hoc Glossa in dict. §. *in delictis*, l. *auxilium*, in verbo *fateatur*, quæ intelligit illum textum, quando minor perseverat in confessione.

(2) *De edad cumplida.* Adde l. *auxilium*, §. *in delictis*, D. *de minor.* et l. 1. C. *si advers. delict.* benè tamen restituitur minor adversus delictum præsumptum de præterito, l. *si ex causa*, §. fin. in fin. D. *de minor.* Bart. in l. *minor etiam*, D. *de minor.* et vide quæ notat Abb. in cap. *auditis*, col. 4. *de in integr. restit.* verbo *et præcipue nota ex gloss.* et adverte, quod licet non detur minori restitutio adversus delictum, benè tamen datur restitutio, quando petitur contra procesum vel sententiam, Gloss. et ibi Bald. in l. *si operis*, C. *de pœnis*, et est Gloss. in l. *pœnam*, eod. tit. quam glossam, et dictum Baldi intellige, cum petitur restitutio ex parte accusati minoris, secus si minor accusset, nam tunc non restituitur, vide Glos. in Clement. *non potest*, in glos. penult. *de procurator.* Specul. tit. *de in integr. restit.* §. *quis autem*, Bald. in dict. l. *auxilium*. Jason. in l. 1. §. *nuntiatio*, col. fin. D. *de nov. oper. nuntiat.*

(3) *De tal yerro.* Adde l. 9. tit. 1. *Part.* 7. et quæ ibi dicam, et dict. §. *in delictis*, et D. *ad leg. Jul. de adulter.* l. *si uxor*, §. *si minor.*

(4) *Diez años e medio arriba.* Adde dict. l. 9. et intellige in delictis commissis in faciendo, nam in his quæ consistunt in omittendo, excusaretur iste, licet doli capax, secundum Bart. post Din. per textum ibi, in l. 1. §. *impubes*, D. *ad Sillanian.*

LEY V.—Por quales razones puede el menor desatar los pleytos, e las posturas, que fuessen fechas a daño de si.

Quando el menor de edad es porfijado (1) de tal ome, que le muestre malas maneras, o que le desgaste lo suyo, puede pedir al Juez del lugar, que le torne en

aquel estado en que era ante que le ouiesse porfijado, e el Juez deuelo fazer. Otròsi dezimos, que si al menor de veynte e cinco años fuesse otorgado poder en testamento de otri, o de otra manera, de escoger alguna cosa quel fuesse mandada; que si por aventura se engañasse en la escogencia (2), cuydando tomar lo mejor, e non lo fiziesse assi, que puede pedir al Juez, que le mande dexar aquella cosa peor que tomo, e tomar la mejor; e el Juez deuelo fazer. E avn dezimos, que si alguna cosa del menor de veynte e cinco años fuesse metida en almoneda, e la comprasse alguno, e despues desso viuiessse otro que dixesse que daria muchas por ella; que puede pedir otròsi al Juez, que torne aquella cosa el que la auia sacado del almoneda, e que la de al otro que da mas por ella (3); e el Juez deuelo fazer, si entendiere que es gran pro del moço (4), Otròsi dezimos, que facièdo el menor de veinte e cinco años pleyto (a) alguno, o postura, que fuesse a su daño (5), o cambiando su debdo (6) por otro peor, o facièdo otra mudacion nueuamente, en qual manera quier, por que se empeore suazienda, o se menoscabassen (7) sus bienes, o su derecho; que puede pedir al Juez, quel faga desfazer el pleyto, o la mudacion, que fizo a su daño, e quel faga mejorar, e entregar, lo que ouiesse menoscabado por qualquier destas razones sobredichas; e el Juez deuelo fazer, si fallare en verdad, que el pleyto fizo seyendo menor de veynte e cinco años, e fuere prouado el empeoramiento, e el menoscabo, que le viene porende. E si por aventura, el menor ouiesse dado fiadores sobre tales pleytos como estos sobredichos, e se quisieren ayudar de la restitucion que es otorgada al menor, non lo podrian fazer, fueras ende, en aquella manera que diximos en el título de los Fiadores, en las leyes (8) que fablan en esta razon.

(a) Contrato.

LEX V.—Juvatur minor adversus dilapidationem, vel mali morigerati adoptionem, vel adversus optionem, si fuit in eligendo deceptus. Item adversus suarum rerum licitationem, si plus in ejus magnum commodum inveniat offerentem. Idem adversus conventiones et contractus, in quibus fuit læsus, si læsio et minoritas probentur; non tamen possunt ejus fidejussores hoc beneficio juvari. Hoc dicit.

(1) *Porfijado.* Concordat l. 3. §. *si quis minor*, D. *de minor.* restituitur enim minor, quando læditur ex mutatione status, non aliàs; et sic si minor ingrediatur religionem, non restituitur, quia ex tali mutatione status non læditur, secundum Alberic. post Guilliel. de Cun. in l. *si ex causa*, §. *Papinianus*, D. *de minor.* et Speculat. tit. *de restit. in integr.* §. *qualiter*, vers. *sed nunquid minor*; si tamen minor 25. annis major 20. se vendat ad pretium participandum, non restituitur contra talem mutationem status, ut in dict. §. *Papinianus*, quia mutatur status prorsus, ut dicit ibi. Glossa.

(2) *En la escogencia.* Concordat cum l. *et si sine*, in princ. D. *de minor.*

(3) *Mas por ella.* Concordat cum l. *et si sine*, §. *quæsitum*, D. *de minor.* quem textum vide; et quotidie accidit iste casus, tam in minoribus, quam in republica quæ fungitur jure minoris, substante res suas, vel de quibus habet administrationem, veluti carnes, quæ venduntur in macello, vel similia; et ego habui de facto in causa arduissima, in causa Regis, in qua obtinui contra conductorem regalium reddituum serici regni Granatæ; et in hac materia videndus est Alberic. l. 2. C. *si in caus. judic.* ubi etiam ponit questionem de facto: Potestas Bergomi licitabat, et subhabat datia communis Bergomi de voluntate ancianorum præsentium, negotiorum communis pro-